



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 6. Quam malè Marcion, & Marcionita negauerit, Deo conuenire vt reos  
plectat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

2 Cap. I. Deum, nos sine justitia, bonum;

§. VI.

*Quàm malè Marcion, & Marcionita negaverit, Deo convenire, ut reos plectat?*

Vnde clarum fit, quàm graviter hallucinatus sit Marcionita ille, qui idcirco bonitatem DEO abrogabat, quia videbat, ab illo plecti delinquentes: què proinde D. Chrysostomus meritò prolixè castigat. Qua in hæresi etiam ipse Marcion fuit, qui DEVM à Creatore distinguebat, quòd hic, non ille plecteret, atque idcirco bonus non esset, *immobilem*, ut ait Tertullianus, *ac stupentem Deum, consiliario Epicuro, commentus; cum tamen certum sit, ut idem addit, Deum non alias plene bonum fore, nisi mali sit amulus; uti boni amorem odio mali exerceat, & boni tutelam expugnatione mali impleat. Quis enim boni actor, nisi & exactor?* Philippum Herodis Antipæ fratrem, qui præfuit 30. annis Trachonitidi, refert Iosephus, quoties domo progrediretur, iter cum paucis selectis fecisse comitibus, subsequente sella, in qua jus reddere solebat; ac, si quis ex occurso opem eius imploraret, sine dilatione, mox, sellâ posita, residentem causas cognovisse, aut fontes damnaturum, aut absolutorum innoxios. Ad eundem modum

DEVS

S. Chry-  
sost. hom.  
3. in Epist.  
ad Phi-  
lem.

Tertull.  
lib. 1. con-  
tra Ma-  
cion. cap.  
25. Ibid.  
cap. 26.

Ioseph.  
lib. 18.  
cap. 16.

*nec, sine bonitate, justum esse.* 9

DEVS parauit in iudicio thronum suum; neq; P<sup>sal.</sup> 9. 8.  
enim aliter tueretur innocentes, aut impi-  
os à sceleribus auerteret, quàm hac *agro-* Clem, A-  
*tantium asimarum diata*, vt ait Clemens A- lex. 1. P<sup>2.</sup>  
lexandrinus. dog. c. 8.

§. VII.

*Diuina iustitia pœnam utilem esse, non tantùm  
ferenti, sed etiam facienti injuriam; seu  
reo, qui punitur.*

Itaque non tantùm bona est diuina ju-  
stitia injuriam patienti, sed etiam ipsi inju-  
riarum authori, quem vel sanat, vel coër-  
cet, ne magis insaniat. Est enim beneficium,  
alterum ab infania cohibere, & obstare, ne  
magis insaniat. Theodoretō teste, Iulianus  
Orientis præfectus, jussu Iuliani apostatæ, Theodo-  
cum alijs, templum Christianorum; ad fa- 3. hist.  
cra vasa diripienda, ingressus, sacrilegâ, pe- Eccl. cap.  
tulantiâ, aduersus sacram aram, instar 11. & 12.  
canis, minxit: Euzoio insuper eum ab impu-  
denti factō prohibere conanti excussissimū  
colaphum infregit, dicens: *Res Christianorū  
diuina cura ac prouidentia prorsus esse destitu-  
tas.* Hæc illi impietas non diu impunita  
fuit. sensit illico, se in vindictam DEI, velut  
vespertilionem in obuium ensē, incurris-  
se. Nam confestim graui morbo correptus,

A 5 visce-